cio abstinere : vult enim , liberum à crimine esse doctrinæ cælestis predicatorem ; vult eloquia sua casta , corporis casto ore tractari. (*In Psal.* 118.)

XXXIII. Intravit Satanas in Judam : in omni igitur, quam perpetimur injuria , alterius opus , alterius instinctus est. Non ergo his irascendum : sed quoties per contumelias ad iracundiam provocamur , quoties aliqua perpetimur. . . . agnoscendus est hostis ille , per quem hæc operum , ac dictorum incentiva præbentur. Neque irascendum est hominibus alienæ instigationis operariis : sed potius in his detestandi officii intercessio fœda miseranda est, quod sint vasa Diaboli , Satanæ ministerium. (*In Psal.* 128.)

SENTENCIAS ESCOGIDAS

DE SAN CIRILO

Correspondientes al Capítulo IV. Artículo IV.

I. Beatus David , quamvis audiverit Dominum transtulisse à se peccatum suum , non abstinuit tamen à poenitentia. (*Cath.* 2.)

II. Vis frui gratia Spiritus Sancti , & cibis sensibilibus pauperes non reficis ? magna quæris , & parva non expendis ? (*Cath.* 3.)

III. Signo Crucis utere , tum edens ac bibens , tum sedens & accubans ; & ut semel dicam , in omni re, atque negotio. (*Cath.* 4.)

IV. Divinorum Sanctorumque fidei Sacramentorum nihil , ne minimum quidem absque divinis Scripturis tradi debet ; neque simplici probabilitate , neque verborum ornatu traduci . . . Nam fidei nostræ salus & conservatio non facundia nititur sed Scriturarum divinarum comprobatione. (*Ibidem.*)

V. Jejunamus & à vino carnibusque abstinemus , non ea quasi piacula abhorrentes , sed mercedem expectantes; ut dum sensibus grata contemnimus , spirituali cælestique mensa fruamur ; utque nunc, *Seminantes cum lacrymis* , *cum exultatione metamus* in sæculo venturo. (*Ibid.*)

VI. Vessitus tibi simplex & tenuis esto , nec ad ornatum , sed ad necessariam tutelam paratus. . . . Ne vero, prætextu tegendæ turpitudinis , vestibus pretiosis , & accuratis in alteram turpitudinem incurras. (*Ibid*)

VII. Cum Christus affirmat de pane , *Hoc est corpus meum* , quis deinceps audeat dubitare ? Eodem quoque di-

cente : *Hic est sanguis meus* , quis dubitet & dicat , non esse illius sanguinem ? Aquam mutavit in vinum , quod est sanguini propinquum , in Cana Galileæ , sola voluntate , & non erit dignus cui credamus , quod vinum in sanguinem transmutarit. (*Cath. Mystag.* 4.)

VIII. Ne consideres tamquam panem nudum & vinum nudum ; corpus enim est & sanguis Christi secundum ipsius Domini verba. Quamvis enim sensus hoc tibi non suggerit , fides tamen te confirmet. Ne ex gustu rem judices ; quin potius habeas ex fide pro certissimo , ita ut nulla subeat dubitatio , esse tibi donata corpus & sanguinem Christi. (*Ibid.*)

IX. Solummodo confide , solummodo operare , solummodo alacriter decerta : nihil enim tibi peribit ; descripta est tua omnis oratio & Psalmorum modulatio : Descripta omnis eleemosyna descriptum omne Jejunium. (*Cath.* 15.)

TABLA

DE LAS MATERIAS CONTENIDAS

EN ESTE SEGUNDO TOMO.

La primera cifra indica el Capítulo, la segunda el Artículo , y la tercera el número romano.

A

Abgaro , Rey de Edesa. Es supuesta su carta á Jesuchristo , cap. I. art. 2. 42.

Abra , ó *Apra* , hija de San Hilario , cap. III. art. 1. 2.

Abstinencia. Con qué espíritu practíca la Iglesia la abstinencia y ayuno , cap. IV. art. 4. 5.

Acacio , Obispo de Cesarea de Palestina , cabeza de los Acacianos , ó Arrianos puros , rebatido por San Atanasio, cap. II. art. 2. 43. Depuesto por el Concilio de Seleucia , cap. III. art. 2. 30. Ordenó á San Cirilo , y despues le persiguió , cap. IV. art. 1. 4.

Agradar. Solo con el fin de agradar á Dios se ha de agradar á los hombres , cap. III. art. 4. 28.

Adelfio , Obispo de Onufis en Egipto : la carta que le escribió San Atanasio , cap. II. art. 2. 44. y 45.

Adiabenos. Pueblos del Asia, llamados tambien *Osroenos*, cap. I. art. 2. 43.

Aecio. Uno de los principales Xefes de los Arrianos ; fué condenado en el Concilio de Seleucia , cap. II. art. 2. 30.

Aflicciones. Estas consuelan á los hijos de Dios , cap. I. art. 4. 2.

Africa. Carta de San Atanasio á los Obispos de África, cap. II. art. 2. 41.